

LIBER

lis: sub Ludouico imperatore quarto: & Clemente papa. vj. Anno dñi Millefimo CCC. XLIII. Indictione, xi.

Reinherus Foroliuiensis iurecōsultus omniū suo tēpore celeberrim⁹: Bartholi de Saxoferrato præceptor: uir ingenio & eloq̃o clar⁹: ferē i iure ciuili uaria cōposuisse opuscula: quib⁹ memoriā nominis sui cū gloria transmisit ad posteros. Sed ego nihil usq̃ eorū potui inuenire. Morit⁹ sub Carolo impatore q̃rto & Innocētio papa sexto: Anno dñi Mill. CCC. LVIII. Indictione, xj.

Imon de Cassia: ordinis fratrum heremitarū sancti Augustini: uir in diuinis scripturis studiosus & erudit⁹: ingenio subtilis & disertus eloquio: nec min⁹ sanctitate cōuersationis q̃ sciētia uenerā dus: quippe qui in cōuentu Florētino p̃phetiā spū illustrat⁹ fuisse p̃hibet⁹: edidit magnæ utilitatis plura uolumina: in quib⁹ se uirū eruditū & deuotū ostēdit. E quibus opus insigne reperi super euāgelii totū: quod uulgo prenatur:

Gesta saluatoris:	li.	xv.	A bono & supbono creato.
De doctrina christiana:	li.	j	
De patientia:	li.	j	
Expositionē Symboli:	li.	j	
De speculo crucis:	li.	j	
De disciplina spiritaliū:	li.	j	
Epistolarū ad diuersos.	li.	j	
Et quædam alia.			

Claruit sub Ludouico imperatore quarto: Anno dñi Mill. CCC. XL.

Imon de Spira: natione teutonice: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli: magister parisiensis: in scripturis sanctis eruditissimus: & in philosophia aristotelica nobiliter doctus: ingenio subtilis: sermone scholasticus: in gymnasio Coloniensi multo tēpore theologiā gloriose docuit & magnā eruditiōis suæ laudem ab omnib⁹ cōparauit. Scripsit insigne uolumē:

Super sententias:	li.	iiij
Contra iudæos q̃toq̃:	li.	j
Postillā Coloniæ lectam:	li.	j

Alia insuper nonnulla edidit: sed ad noticiā nostrā minime uenerūt.

Iertorius: quē Fortaneriū nonnulli appellant: ordinis fratrum minorū decim⁹ & nonus minister generalis: natione anglicus: patria Galensis: deinde archiepiscop⁹ Rauēnatensis ac postremo Gradiensis patriarcha: & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ cardinalis: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & sæculariū litterarū nō ignarus: edidit quædam præclara uolumina: quib⁹ nomen suum etiā posteris notificauit. E quibus extat opus insigne:

Sup Augustino de ciui. dei:	li.	xxij
-----------------------------	-----	------

De cæteris nihil reperi.

Deniq̃ fertur etiā in bibliæ libros uaria syntagmata lucubrassē. Claruit: & i generalem ordinis sui ministrū electus fuit in capitulo Massiliensi: sub Carolo imperatore quarto: & Innocētio papa sexto: Anno dñi Mill. CCC. LVI. Indictione. ix.

Lbericus Roxiatus: patria Pergomēsis: utriusq̃ iuris professor insignis: & clarissim⁹ interpres: in cæteris quoq̃ lris sæcularib⁹ egregie doct⁹: ingenio p̃mptus: eloquio cōposit⁹: Edidit in legib⁹ multa instructa uolumina: quib⁹ nominis sui memoriā cū laude transmisit ad posteros. De quib⁹ ista ferunt:

Super Codice:	li.	xxij
Super. ff. ueteri:	li.	xxiiij
Super. ff. nouo:	li.	xxij
Super. ff. Inforciati:	li.	xxiiij
Super Institutis:	li.	iiij

Sig. d. Cuntz